



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Vnica Missa an pluribus obligationibus ex justitia satisfiat? num. 9 [i. e. 6].

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

596 LIBER III.

mositam, An heredes possint sibi
benevoliam tradere, An potius sic ab
Ordinario praescribenda? Respon-
dit ibidem num. 34. ab Ordinatio
praescribendam, juxta morem Re-
gionis.

*Ynica Missa an pluribus obligationi-
bus ex iustitia satisfieri
possit.*

6. **V**T autem praedicta clarius
conseruentur. Dubitabis Primo,
An possit sacerdos una Missa satis-
facere pluribus obligationibus ex
iustitia, accipiendo verbi gr. unum
Iulium à Petro, & alium à Paulo
Missaque unica, utriusque satisfa-
cere?

7. Respondeo. Aliqui, secluso
scandalo, olim concedebant, ac
notantur Auctores, non nomine,
quia si Suarez assertit se numquam
auctorem pro hac sententia legis-

*a Suar. de Sacr. d. 86. sect. 2. §. Dico
q' arto.*

se, nec ego legi. Fundabantur autem, ejusmodi in nominati in infinito valorem missæ, qui si pluribus applicetur, nullus, posito quod sit infinitus, detrimentum ex consortio alterius patietur. Sed profecto alii a conrrarium docebant & metit, quia talis valor infinitus non est, ut vidimus supra. *b* Adde, quod se queretur, pro una Missa, posse Sacerdotem Julios decem, centum, mille, &c. à totidem Missam exposcitibus accipere, quod à sensu omnium fidelium abhorret.

Hæc olim. Nunc vero jam id fieri non posse, præcipit Sacra Congregatio, ut modò vidimus.

8. Rogas: Quid si aliqui sequentes opinionem eorum, qui eam infinitatem sacrificio concedunt, dent singuli integra stipendia, & sint contenti unica Missa, licebitne sacerdoti illis acquiescere. Respon-

deo,

a Apud Suarez & Vasq. citatos à Marchin de ord. tr. 3. p. 2. c. 15. à n. 11.

b Lib. 2. c. 2. §. 1. à n. 4.

398 LIBER III.

deo. a Licebit, quia volenti non fit
inuria. Instas, at id sacra Congre-
gatio vetat. Respondeo, Sacra Con-
gregatio supponit offereentes elec-
mosynam esse invitatos: ceterum si
consentiant, erit perinde ac si ei
merita liberalitate pingue elemo-
synam elargiantur.

Nota tamen, consensum hunc
non b posse dari, nisi ab iis, pro qui-
bus Missa debet offerri, non vero
ab heredibus, legatariis, aut alie-
næ voluntatis exequitoribus,
si quidem ii domini nos-
sunt, sed Mini-
stri.

a March, ib. c. 16 n. 4.

b Bonac Bordonus, Possev. apud
Lex. v. Miss. n. 21.